

De iure patron. in genere. Cap. XVI.

- ad brachium seculare, extr. de offic. ordi.
c. 1. & de h̄ere c. excōicamus, §. moneantur. H̄ec Innoc. in c. 1. extr. eod. & Tur
recre. in cap. p̄ḡ mentis, nu. 14. 16. q. 7.
- 8 Septima. Si inter patronos est discordia quis eorum sit patronos, & patroni sunt laici, tunc Episcopus debet expectare usque ad quatuor menses, si vero sunt cleri: et usque ad sex: nam tantum tempus habent ad presentandum, ut not. Io. de Anan. in ea. quoniam, extr. eod. Quod si usque inde non fuerit definitum, prouideat Episcopus de pastore, salvo in posterū iure ipsius qui vicerit, c. si. ext. eod. Si autem sit discordia inter Episcopum, & patronos laicos presentates, forte Episcopo ignorante eos esse patronos, & tunc donec lis sifpiatur, ponat Episcopus in ecclesia economum, qui fructus referuet futuræ personæ, c. cū uos, de off. ord.
- 9 Octaua. † quando patroni nolunt conuenire propter discordias, possunt pacisci ut alternis vicibus presentent, l. quoties, si. de vñst. Quæ quidem conuentio pōli beri fieri sine autoritate Dicēsan, ita habetur in Clem. si pl̄tres, eod. tit. in ver. libere, facit quid non de prebēn. in 6. c. licet Episcopus. Do. Ant. in cap. 1. nu. 12. eod. tit. & per hoc reprobatur opinio Innoc. in cap. quērūmoniam, extr. eod. ubi tenet necessariam autoritatem superioris. Immo potest talis conuentio fieri etiā ecclēsia non vacante, ita glo ex versic. eo. in d. Clem. aliegar tex. in cap. consultatio nibus, de donat. Item probatur in tex. ibi in d. Clem. dum dicit, alternis vicibus: nam in eadem vice non potest concurrere duplex vacatio. Pariter si habent plures patronatus, possunt inter se conuenire, ut unus presentetur in una ecclēsia, & aliis in alia, Abb. in d. c. 1. nu. 6. Et sic ut unus sit patronus solus in una ecclēsia, & aliis in alia, secundum Vinc. in d. c. 1. & cap. ex insinuatione.
- 10 Nona. † Laricus, & clericus si habet simul potestatem presentandi: & laicus, & clericus presentant unum: deinde laicus ante admissionem Episcopi variat accumulando, quis istorum admittatur? Et
- an Episcopus possit secundum preferre in præjudicium primi? Dic. q̄ non. Sed p̄mus est admittēdus: quia primus habet duas voces, s. vocem laici, & vocem clerici, secundus vnam tantum, ita Do. An in cap. quod autem, nu. 13. ext. eod. E. quo tex. duo notant Doct. quod patronus laicus potest ante admissionem Episcopi variare, vnde primo præsentato, potest præsentare secundum. Item, quod potest variare accumulando non autem recedendo à primo. Abb. & Io. de Anan. in d. c. quod autem.
- 11 Decima. † Præsentatio facta à pluribus ut ualeat, quandoque necesse est, ut conuenient maior pars, habitu respectu ad omnes patronos, & quandoque sufficit maior pars respectu partium. Exemplum primi, septem sunt patroni, tres præsentat vnum, duo vnum, & duo alium. Dicit Joan. And. in c. 3. ext. eod. quod ille, qui habet tres, debet præferri: quia haberet maiorem partem, & hoc intellige, quando isti præsentant ut singuli; ut communiter faciunt laici, qui de patrimonio habent ius patronatus, & ita intelligitur tex. in d. c. 3. Non nunquā sufficit maior pars respectu minoris partis. Ut qn̄ præsentatio competit pluribus, non ut singulis, sed ut uniuersis, ut quia præsentatio fit à collegio. Et ita intellige tex. i. c. ecclēsia nostra, de elect. Exemplum. In uniuersitate sunt centum, quinquaginta eligunt unum, triginta, unum, & uiginti, unū, nulla electio ualerit, quia non reperitur facta à maiori parte totius uniuersitatis. Sic intellige de scholaribus: quia eligunt non ut singuli, sed ut collegium, & ut uniuersit. arg. in c. cum pro causa, de procu. & per Innoc. in cap. cum ab ecclēsiarum, de offic. ordin. Hinc collige regulam, ut quando plures habent explicare aliquem actum, seip̄ debes considerare, an habeant hanc potestatem, ut collegium, an ut singuli: quia primo casu requiritur maior pars totius collegii: sed in secundo, requiritur maior pars respectu aliarum partium, ita Abb. in c. 3. ext. eod.
- 12 Undecima. † Patroni quandoque debent